

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Tekst oficjalny

Commune incliti Poloniae Regni privilegium constitutionum et indultuum publicitus decretorum approbatorumque, ed. I. Lascius, Cracoviae 1506, k. 188v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 75 [Gn. 68]

[75] De iuramentis absque pena, et de impedimento iurantis.

Si vir alteri iurare debet coram iudicio digne et sine pena, potest bene supraponere et deponere absque licencia iudicis, per hoc nihil ammittit.

Si etiam iuramenta promissa venerint super diem ligatum et feriatum, hec iudex protrahere potest super alium diem iudiciale, qui venerit extra dies ligatos.

Etiam si vir balbutiens vel alter, seu testis aliquis fuerit impeditus, ita quod imperfecte suum dixerit iuramentum, ille se ipsum emendare valeat, quotiens impeditur et manebit de huiusmodi melioratione sine damno.

[hasła: kara, przysięga, sąd, dzień świąteczny, sędzia, świadek, jękający się]